

tutam præstare poterunt adversum insidias patruorum, quibus præsto est et pecunia Hispanica et populorum studia, mirabor. Cætera belli mediocria: clades Gallorum non levis ad Theodonis villam pensatur captis Hesdino ad Belgicum, Salsa ad Hispanicum finem, depulsoque Piccolominæ<sup>33</sup> ab obsidione Mausoni. navigatio autem nuper infelix ad Corunnam, altera satis felice qua, facto ad Laredam Gallæciæ excensu galeonum Hispanicarum una incensa captaque altera, ac partim e navibus, partim ex castello irrupto machinæ centum factæ Gallorum potestatis. Batavis suum mare adversum per vim tempestatum prædonumque longinqua maria fructuosa commerciis jam in Iaponem Sinasque penetrantibus. Barlæus celebrato regiæ matris in Amstelodami urbem introitu<sup>34</sup> simul ejus urbis vires atque opulentiam nobis explicavit. nunc mors ducum summi Vinariensis<sup>35</sup> tristem magnamque materiam præbet poëtis, oratoribus, historicis, Germanis, Gallis, Batavis. de Brisaco quid dicam?

Cujus vulturis hoc erit cadaver?<sup>36</sup>

Captant exercitum locaque illa hinc imperator, inde Gallus. tum vero et Anglia pro Palatino<sup>37</sup>. habent quod dicant et nostri Sueones. Meministi historiæ apud Plutarchum de Virgine amantium in diversa trahentium manibus discerpta<sup>38</sup>. Vale, vir eximie.

Lutetiæ, Cal. Sept. M DC XXXIX.

## I

### Hugo Grotius' Gedicht auf Martin Opitz

Q KB København: N. K. S. 617, 4°, Bl. 123 (Abschrift), zit. *B*; ebd. G. K. S. 2133, 4°, Nr. 156 (Abschrift), zit. *C*. — *D*: *Opitz: Weltl. Poemata (1644) II*, 5; *Opitz: Poemata (1645–1646) II*, 4; *Opitz: Poemata (1689) II*, (4); Titelausg. *Opitz: Poemata (1690) II*, (4). Das Gedicht fehlt aber in zeitgenössischen Ausgaben von Grotius' Gedichten, z. B.: [Kupfertitel]: HUG. GROTTII | POEMATA OMNIA. | Editio quarta. | Lugduni Batav. | Apud Hieronymum de | Vogel. | M DC XXXXV. HAB: Li 3161. Es fehlt auch in der Editio quinta. Amstelodami, Apud Ioh: Ravesteynum. 1670. HAB: Li 3162 und in: *De Dichtwerken van Hugo Grotius. Oorspronkelijke Dichtwerken. Uitgegeven door B. L. Meulenbroek. Assen 1970.* — Wiederveröffentlicht in Kaspar Gottlieb Lindner: *Umständliche Nachricht von des weltberühmten Schlesiens, Martin Opitz von Boberfeld, Leben, Tode und Schriften. 2 Tle. Hirschberg 1740–41 II*, 124 (ohne Überschrift; HAB: Db 3393); *Reifferscheid*, 586. — *BN*: Jacob ter Meulen/ P. J. J. Diermanse: *Bibliographie des écrits imprimés de Hugo Grotius. La Haye 1950*, Nr. 299.

Ad virum clarissimæ eruditionis Martinum Opitium  
Hugonis Grotii gratiarum actio.<sup>a1</sup>

Quod mihi misisti doctissime munus Opiti<sup>b</sup>  
Ingratus, gratum ni foret, ipse forem!<sup>c</sup>

Multum ego, sed<sup>d</sup> multò<sup>e</sup> tibi plus Germania debet,

Aonias quæ jam te dure potat aquas.

Quantum Moenidæ<sup>f</sup> facundo Græcia debet,